



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1572 usque ad annum 1581

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118642

§. 49. Philippus II. Lusitaniam armis sibi vindicare paratus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67232)

Sæcul. XVI. A.C. 580. me affectus non modo illius libertates, & privilegia servare, sed ea etiam, si opus foret, augere vellet: si vero eum tanquam Regem suum agnoscere detrectarent, jus suum armis se profecuturum minitabatur. Ad hæc Gubernatores in responsis dabant, quod Deputatos ad eum mittere pararent, qui cum ipso de ejus juribus conferendi potestatem haberent, proin illos benigne excipere dignaretur.

§. XLIX.

Philippus II. Lusitaniam armis sibi vindicare paratus.

Thuan. l. 69. **Spond. n. 2.** **E**quidem Papæ Nuntius ejusdem Sanctitatis suæ nomine rem componere satagebat: at Philippus hæc preces repulsæ loco habens Lusitaniam armis invadere statuit, serioque ad bellum se accingit, hinc duos potentissimos exercitus terra, marique præmisit, qui Regis consilia exequerentur: porro primo exercitui præfecit Albæ Ducem, quem eo ex fine Uceda, quo eum ob suam arrogantiam relegabat, evocavit, ac primo huic expeditioni ipse interesse voluit, mutato tamen consilio, in Beturie finibus subsistere contentus die quarta Martii Madrito profectus Guadalupam contendit, eoque die vigesima secunda ejusdem Mensis pervenit.

§. L.